



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

43. An Confessio informis sufficiat pro lucrando lubilæo, vel Indulgentiis?
Sed hæc difficultas procedit ex suppositione, quod dari possit confessio
informis. Et doctè, & breviter explanatur, quando ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

quod prius non exercebatur. Et hæc omnia asserit Lugo, *vbi supra*, qui postea respondet ad aliqua argumenta, quæ ex aduerso adduci poterant.

4. Et huic sententiæ ego libenter adhæreo, non nego tamen & affirmatiuam sententiam esse probabilem vt docet Andreas Mendo in *Bull. Cruc. d. 22. c. 37. n. 28.* Pasqualigus *de Iubil. q. 252. n. 8.* & me citato Quintamaducñas *de Iubil. duarum hebdomad. cap. 12. n. 3.* vbi sic ait; [Si à vno per causam iustam le prorogata confessio el Confessor para despues de las dos semanas, puede ser absuelto de los casos reservados, y censuras, en que cayere despues dellas, como sea antes de la Confession del Iubileo; porque sino se hazia incapaz de ganarlo, y dando el Pontifice al Confessor potestad para prorogar la confession, y absolucion, y Iubileo, tambien la da para lo necessario, para la execucion de estos actos, que es la absolucion de reservados. Ita ille, qui adducit etiam Faustum & Bossium, quibus etiam adde Patrem Bardi in *Bulla Cruciatæ. part. 1. r. 2. cap. 6. sect. 3. §. 4. num. 53.*

RESOL. XLIII.

An confessio informis sufficiat pro lucrando Iubileo, vel Indulgentiis?

Sed hæc difficultas procedit ex suppositione, quod possit dari confessio informis.

Et doctè & breuiter explanatur, quando confessio dicatur informis, & quando inualida, & quomodo in vtraque Confessarius se gerere debeat. Ex p. 11. tr. 6. & Misc. 6. Ref. 10.

Sup. hæc difficultas & suppositione in to. 1. tr. 3. Ref. 112. & 113. & ibi in tr. 4. Ref. 17. §. Sed quia, & si vacas otio lege alias duas Resolut. postas in not. Ref. 2. huius annot. & alias earum annotationum.

§. 1. Negatiuè respondet Pasqualigus *de Iubileo, quest. 71. num. 2.* vbi sic ait: Difficultas procedit ex suppositione: quod possit dari confessio, informis: nam non posse dari dixi in *Theol. moral. disput. 79. de Pœn. sect. 5. & 6.* Et communiter affirmatiuè respondent, dummodò tamen antequam impleatur vltimum opus iniunctum, recedat fictio, & adueniat status gratiæ, qui est necessarius quando est obtinendus fructus Iubilæi, seu Indulgentiæ. Ita specialiter Leon *part. de Iubileo num. 83.* Bossius *sect. 4. de Iubileo, casu 19. §. 1. num. 9.* Faustus *lib. 4. de Indulg. quest. 39.* Hoc tamen apud me non caret difficultate, quia siue confessio sit præscripta in ordine ad dispositionem, siue vt opus iniunctum, semper intenditur vt disponens ad effectum indulgentiæ obtinendum, & proinde finis dispositionis cadit sub intentione præscribentis: ergo confessio quæ præscribitur, cum tali qualitate præscribitur, vt conducatur ad finem intentum: Confessio autem informis non conducit; & idè caret qualitate cum qua præscribitur, atque adè non est illa confessio quæ præscribitur. Ita Pasqualigus.

2. Sed ego puto non esse recedendum à sententia affirmatiua, quam præter Doctores à me * alibi adductos, tenet nouissimè nominatim contra Pasqualigum Pater Bardi in *Selestis, lege 5. quest. 5. numero 11.* & ad eius argumentum respondet, quòd quamuis confessio dum manet informis, & absque suo effectu, nequeat disponere ad finem intentum, quatenus sine gratia iustificante, homo non consequitur indulgentiam, nihilominus, si postea ille qui talem fecit confessionem, se conterat absque alia confessione, recipiet gratiam, & non tantum illam, quæ respondet contritioni, verum etiam aliam vi Sacramenti, quæ certò datur, vt dicunt Theologi, remoto obice; confessio autem illa valida, sed informis ratione valoris quem habet, satisfecit oneri iniuncto, & licet actu non habeat effectum, est postea illum habitura, quatenus homo remouens impe-

dimentum recipit maiorem gratiam intuitu Sacramenti, quod prius erat informe postea verò formatum. Et si homo non se disponat per actum contritionis, non obtinebit Iubilæum, quia non est in statu gratiæ iustitiæ Sacramentalis, vel quæ sit talis, vt remoto obice possit illum habere; sed hoc est intelligendum si adhuc duret tempus in Iubilæo signatum, & homo non poterit amplius acquirere indulgentiam, etiam ablato impedimento. Hæc Bardi & nimis æstimanda est Sapientissimi Viri opinio, dari videlicet Sacramentum Pœnitentiæ informe, sed validum; nam hoc ita facile concederet Theologi ex Societate, & satis probabiliter. Sed contra illos, & Pasqualigum in solamen Pœnitentium & Confessatorum non deseram hic apponere verba Remigij in *pract. Confess. tract. 5. c. 5. §. 9. n. 2.* [Pero parar cuitar prolixidade, aduertira aqui Confessor, que no sea facil en hazer repetir confesiones, conformandose con la opinion que admite confesiones informes; y assi haga solamente reiterar las que conoce auer sido inualidas. La diferencia que ay entre la confession inualida, e informe consiste en que la inualida es, que se haze callandole algun pecado mortal de proposito, ò verguenza, ò sin dolor alguno, ò sin intencion, ò proposito de la enmienda, ò sin ningun examen. Tambien, quando constasse que confesiones fueron hechas con ignorancia, ò falta de estas requisitos, por no auer querido frequentar los sermones, v.g. para no tener noticia de su mal estado, &c. La confession informe es à quella, que haze el penitente con algun defecto en el dolor v.g. por llegar à confessar se con aruicion imperfecta, y dolor inefficaz, y con vna beleadad que ni bien tenia determinacion de apartarse del pecado, ni bien de dexaua de tenerla: mas el penitente que llegaua al Sacramento èon verdadero dolor, ò porno haze suficiente examen de la consciencia por ignorancia, ò negligencia, aunque culpable, y por esto se oluidò de confessar algunos pecados, si bien serà el defecto pecaminoso mas, ò menos, conforme lo aya sido la culpa, y bastarà acusar se despues dello, y de los pecados olvidados tambien. Dixe, y por esto se oluidò de confessar algunos pecados, &c. porque si despues de auer se confesado el penitente: hallasse que los pecados olvidados fueron mas que los confesados, seria necessario boluer à repetir la confession, porque se arguye auer sido hecha sin examen. Pero al contrario si fueron los confesados mas que los olvidados, es fiesal que el examen fue. suficiente, y la confession solamente informe. Ita ille; Vide etiam infra.

RESOL. XLIV.

An si quis confiteatur pro lucrando Iubileo, & postea recedat alicuius peccati obliuio, si non habeat copiam Confessarii, possit Eucharistiam sumere, & lucrari Iubilæum, & Indulgentiam?

Et quid est dicendum, si quis rite sit confessus, & Communionem sacram receperit, si antequam lucraret Iubilæum, labatur in nouum peccatum, vtrum teneatur iterum confiteri?

Et notatur, quod per confessionem sacrilegam non lucratur Iubilæum.

Et quid per sumptionem indignam Eucharistia? Ex p. 11. tr. 7. & Misc. 7. Ref. 13.

§. 1. Affirmatiuè respondet Pasqualigus in *pract. de Iubilæo quest. 64. num. 3.* vbi sic ait: Si confessio præscribitur solum in ordine ad dispositionem necessariam pro Iubilæo, aut Indulgentia, probabile est, quòd ille, qui non potest confiteri, absque tamen